Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



destinatio precibus impl&ur. quando
ir, inquo dr multiplicari semen abrahae
praedestinauerat. oratione optinuit
ut filios habere potuisset; Factus est
esauuir gnarus uenandi, & homo agricu
la. Iacob aut uir simplex habitauit
in tabernaculis. uel, sicut in alia trans
latione dicitur. habitabat domi; Quid
per uenationem esau. eorum uita figuratur
qui in exterioribus uoluptatibus fusi
carnem sequuntur. qui & iam agrico
la esse describitur. quia amatores
huius seculi tanto magis exteriora inco
lunt. quanto interiora sua incuita de
relinquunt. Iacob uero simplex in taber
naculis, uel in domo habitare phib&ur;
Quia nimirum omnes, qui in curis exterior
bus spargire fugiunt, simplices inco
gitationes, atque inconscientiae suae
habitatione consistunt; In tabernaculis
enim, aut in domo habitare. e. se. intra
mentis secreta restringere, & nequa
quam exteriur p desideria dissipare.